inane si secus super hijs á quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari, ac ad provisionem ipsius Ecclesie sequentine celerem, & felicem ne longe vacationis subjaceret incommodis. paterne & solicitis studijs intendentes ac cupientes eidem sequentine Ecclesie talem presidere personam, que sicut vellet & posset eam preservare á noxijs & ad vtilia ac in suis manutenere juxibus, & etiam adaugere, post deliberationem quam super hijs cum fratribus nostris habuimus diligentem, demum ad venerabilem fratrem nostrum Johannem sequentinum tunc Gienncnsem Episcopum, considerantes muneribus gratiarum, quibus personam suam Dominus caram largitur multipliciter inviomivit, & quod ipse Johannes Episcopus qui regimini Ecclesie Gienncnsis hactenus laudabiliter profuit dictam sequentinam Ecclesiam sicut & potexit auctore Domino utiliter regere & feliciter gubernare, direximus oculos nostre mentis. Intendentes itaque tam eidem Ecclesie sequentine, quam exeri Dominico ejusdem salubriter & utiliter providere eundem Johannem á vinculo quo tenebatur ipsi Ecclesie Gienncnsi cui tunc preerat de fratrum predictorum consilio & apostolice potestatis plenitudine absol-

© Biblioteca Nacional de España

ventes præfatum Johannem ad præfatam Ecclesiam Segontinam transtulimus, ipsumque ipsi Segontine Ecclesie in Episcopum præfecimus et Pastorem. curam et administrationem ipsius Ecclesie Segontine sibi in spiritualibus, et temporalibus plenarie committendo, liberam que sibi dando licentiam ad dictam Segontinam Ecclesiam transeundi, sperantes indubie quod dirigente Domino actus suos, ipsa Segontina Ecclesia per sue industrie, ac circunspectionis fauc tuosum studium regetur utiliter, et prospere dirigetur, ac salubria suscipiet incrementa. Cui igitur ut idem Johannes Episcopus in commissa sibi Ecclesie Segontine cura facilius proficere valeat favor tuus sibi esse noscatur plurimum oportunus, fraternitatem tuam rogamus, et hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus, eundem Johannem Episcopum et commissam sibi Ecclesiam tibi metropolitico jure subjectam habeas pro nostra, et apostolice sedis reverentia propensius commendatos, in eisdem Ecclesie ampliandis, et conservandis juribus, sic cum tui favoris presidio prosequaris, quod ipse per tue auxilium gratie se possit in commisso sibi eisdem Ecclesie regimine utilius exercere, tu que divinam misericordiam, et dic,

© Biblioteca Nacional de España

te vestris benivolentiam valeas exinde uberius fervorem exci. Datum Avinione III. Nonas Octobris Pontificatus nostri anno sexto.

¶ fuera en la dobléz . . . . . A. Raynaldi:

Pergamino largo como dos tercias, y tres quartas de ancho. la letra es Cancellaresca redonda. tiene cuerda de Cañamo. como de haver tenido bula. ô sello.

Obispados. X. 1.° 2.° 3.°
siguenza

Innocentius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Venerabili fratri . . Archiepiſcopo Toletano ſalutem, & apoſtolicam benedictionem. Ad cumulum tue ſalutis cedit, & fame ſi perſonas Eccleſiaſticas preſertim Pontificali dignitate preditas divine propitiationis intuitu oportuni preſidij ac fauoris gratia proſequatur. Nuper ſiquidem Eccleſia Gienneniſ ex eo paſtoris regimine deſtituta quod nos venerabilem fratrem noſtrum Johannem Segontinum ~~Epiſc~~ tunc Gienneniſem Epiſcopum apud ſedem Apoſtolicam conſtitutum a vinculo quo tenebatur eidem Eccleſie Gienneni cui tunc preerat de fratrum noſtrorum conſilio, & apoſtolice poteſtatis plenitudine abſolventes ipſum ad Segontinam Eccleſiam tunc vacantem de fratrum ~~noſtrorum~~ eorundem conſilio duximus tranſferendum preficiendo ipſum eidem Eccleſie Segontine in Epiſcopum & Paſtorem. Nos volentes eidem Gienneni Eccleſie ne diſpendia longe vacationis incurreret paterna ſolicitudine precauere. Cum nullus preter nos ea vice de ipſius Eccleſie Gienneniſis ordinatione ſe intromittere poteſt neque poſſet pro eo quod nos diu ante vacationem huiuſmodi proviſiones omnium Eccleſiarum Cathedralium tunc apud

© Biblioteca Nacional de España

dictam sedem vacantium, & vacatuxaxum in antea ~~provicion~~ dispositionem nostxe duximus specialitex xexuxvandas decexnentes extunc ixxitum & inane si secus supex hijs à quo quam quavis auctoxitate scientex vel ignoxantex contingexet attemptaxi, post delibexationem quam de proficiendo eidem Gienncnsi Ecclesie pexsonam utilem ac etiam fxuctuosam cum dictis fxatxibus nostxis habuimus diligentem demum ad dilectum filium Alfonsum electum Gienncnsem Axchidiaconum de saldanua in Ecclesia Legioncnsi tunc in subdiaconatus oxdine constitutum cui de litexaxum scientia vite ac moxum honestate spixitualium pxovidentia, & tempoxalium cixcunspectione alijs que vixtutum meritis apud nos laudabilia testimonia pexhibentux dixeximus oculos nostxe mentis, quibus omnibus debita meditatione pensatis de pexsona ejusdem Alfonsi ipsi Gienncnsi Ecclesie de pxedictoxum fxatxum consilio auctoxitate apostolica duximus pxovidendum ipsumque illi pxefecimus in Episcopum & pastoxem cuxam & administxationem ipsius Ecclesie sibi in spixitualibus, & tempoxalibus plenaxie committendo. In Illo qui dat gxatias, & laxgitux munexa confidentes quod eadem Gienncnsis Ecclesia pex sue cixcunspectionis industxi-

© Biblioteca Nacional de España

am, & providentiam circumspectam sub suo felici Regimine dextera Domini sibi assistente propitia salubriter, & prospere dirigetur. Cum igitur idem Electus in commissa sibi Ecclesie Gienensis cura faciliùs proficere valeat tuus favor sibi noscatur esse pluriumum opportunus. Fraternitatem tuam rogamus, monemus & hortamur attente per apostolica tibi scripta mandantes quatinus eundem Alphonsum Electum suffraganeum tuum ac Ecclesiam sibi commissam habens pro nostra & apostolice sedis reverentia propensius commendatos in ampliandis, & conservandis suis & ejusdem Gienensis Ecclesie sibi commisse juribus sic cum tui favoris auxilio prosequaris quod ipse per tue auxilium gratie se possit in commisso sibi ejusdem Gienensis Ecclesie regimine utilius exercere tu que divinam ac nostram, & ejusdem sedis benivolentiam valeas exinde vberius promereri. Datum Avinione. X°. Kal. Novembris Pontificatus nostri anno septimo.

Pro Petro fabri Infrascripto.

: Jo. de Sedimo:,

Pergamino ancho dos tercias y quatro dedos. y largo dos quartas pende sello de plomo muy desfigurado. es como los otros de s. P.° y s. Pablo. y de otro lado assi

INNO
CENTIVS
PP.VI

© Biblioteca Nacional de España

Obispados. Sigüenza.
X. 1. 2. 4.

Martinus Episcopus Ser-
uus seruorum Dei. Dilecto Filio Officiali Se-
guntino salutem et apostolicam benedictionem. Sua
nobis Venerabilis Frater noster Johanes Archiepiscopus
Toletanus petitione monstrauit quod olim Alphonsus
Martini Canonicus Ecclesie Palentine asserens quod
Venerabilis frater noster Didacus Abulensis,
tunc Zamorensis Episcopus Executor quarumdam
Litterarum Apostolicarum per quas dudum cha Carissimo
ssimo in Christo filio nostro Joanni Regi Castelle
et Legionis illustri caritatiuum subsidium per
Ecclesiasticas personas ~~Reg~~ in Regnis, et Dominiis
suis sibi, ex certa rationabili causa tunc expressa
soluendum concessum existit sibi in hac parte conferat
vices suas utrum totaliter vel non totaliter aliter non
expresso/ at minus veraciter pretendens quod idem Ar-
chiepiscopus ratione loci de Villumbrales in Dioces
Palentina consistentis et ad eundem Archiepiscopum
et eius mensam archiepiscopalem pleno jure spectan-
tis certam pecuniarum Summam tunc expressam
occasione Subsidij huiusmodi dare, et soluere legitime
tenebatur / eundem Archiepiscopum non vocatum
nec con~~uic~~tum sed ex arrupto et de facto per suas
certi tenoris Litteras / sub excommunicationis
sententia et alijs penis et censuris ecclesiasticis mo-
nuit et mandauit eidem ut infra certum ter-
minum peremptorium tunc expressum sibi nomi-
ne dicti Regis huiusmodi pecuniarum summam
~~tunc expressam~~ soluere et tradere cum effectu
alioquin declararet eum excommunicationis sententia

(et

© Biblioteca Nacional de España

& alias penas & censuras huiusmodi incurrisse & quod licet pro parte dicti Archiepiscopi coram eodem Canonico certe legitime rationes & cause propter quas idem Archiepiscopus ad contribuendum in dicto subsidio ratione prefati loci minime teneba tur loco et tempore congruis proposite et allegate fuissent quia tamen idem Canonicus eundem Archiepiscopum super hoc audire indebite recusavit prefatus Archiepiscopus sentiens indebite se gravari ad sedem Apostolicam appellavit. Quocirca discretioni tue per apostolica scripta mandamus quatinus vocatis qui fuerint evocandi et audiendi hinc inde propositis quod justum fuerit appellatione remota decernas faciens quod decreveris per censuram ecclesiasticam firmiter observari. Testes autem qui fuerint nominati si se gracia, odio vel timore subtraxerint censura simili appellatione cessante compellas veritati testimonium perhibere. Dat Rome apud sanctos Apostolos Viij Kal. Marcij Pontificatus nostri anno nono —

En el doble que hace el pergamino de donde pende el sello dice. Registrata gratis debajo. H. de Speranzo.

Es pergamino de una quarta y cinco dedos de ancho, y diez dedos de alto. La letra es redondilla llamada cancellaresca. el sello (pende de una cuerdecilla de cañamo, o bramante, en el doblez) es de plomo del tamaño de un peso grueso Mexicano. dice por un lado, en una de las Cabezas de San Pr.o y San Pablo SPA. SPE. y una cruz donde las dos Cabezas. en el rebaso dice de estos caracteres ✠MARTINUS✠PP✠V✠.

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

Iguenza
X. 1. 2. S.

In Nomine Domini. Amen. Anno Dominice Incarnationis. Millesimo. CC. LXX. Primo. Quarto Idus Septembris. Apud Calat. in Ecclesia sancte Marie Maioris presentibus fratre Martino Priore conventus Predicatorum Calat. fratre Martino Guardiano fratrum minorum Calat. M. Dominici Priore sancte Marie maioris. P. sancij Priore Ecclesie Dinnatensis. P. Garsie Priore domus sancti Benedicti Ecclesie. M. Archipresbytero Calat. M. de Sais Cantore. Magistro. G. P. martini. S. de Viana Canonicis Ecclesie sancte Marie predicte N. chiquito. J. Campsore. D. don Cyç. Clericis Calat. dono. P. sancii Justicia Calat. S. çapata. Militibus. S. martini. G. de Villiella. G. de Sais. domino Soriano maiore. ff. ominini de Sais L. iustice. J. mercatore. M. Duc. X. de sais. M. petri staragan. D. grimaldi. M. de dominico assensij. M. iustice. B. mercatore. P. de lignano. A. da porta. L. de M. franca. M. de sais. N. rinaldi. M. lupi de Morlans. et J. de lignano. et me Notario infra scripto. Comparuerunt domus Velaschus Archidiaconus Almaçanensis. et domus Martinus precentor in Ecclesia segontina. ferrandus Sancij. et Sancius Garsie Canonici eiusdem Ecclesie procuratores Capituli segontini. ad presentandam Electionem et ad petendum consensum Venerabilis Patris. Gr. Archidiaconi Valentini obtinentes et legentes publice procurationis sue litteras sigillo Segontini Capituli vigillatas. non abolitas.

Calatayud.

f. B. f. chiquot

non

non rasas. neque cancellatas in aliqua parte sui. sub forma que sequitur. ℣. Reuerendo Patri. ac Domino Domino. G. Petri Archidiacono Valentino dei gratia in Episcopum Segontinum Electo. G. ~~[illegible]~~ prior totumque Capitulum Segontinum salutem in Domino. Noueritis quod vacante Ecclesia Segontina per mortem Reuerendi Patris et Domini Domini. L. bone memorie Episcopi eiusdem Ecclesie et eius exequijs reuerenter ut decuit celebratis. Nonas Julij. Conuenientibus in unum in Claustro Ecclesie Segontine. uocatis et presentibus omnibus. qui uoluerunt potuerunt et debuerunt commode interesse forma scrutinij per omnia obseruata. uos in summa concordia elegimus in Episcopum et Pastorem Ecclesie Segontine. prout ex decreto Electionis huiusmodi uobis poterit plenius et luce clarius apparere. Quare nos facimus Constituimus et etiam ordinamus uenerabiles socios nostros dominum Velascum Archidiaconum Almazanensem. M. Cantorem. S. Ecclesie. F. Sancij latores presencium procuratores nostros sindicos uel Actores. omnes simul et quemlibet in solidum ad presentandum uobis ex parte nostra Electionem huiusmodi et ad petendum etiam cum magna instantia ut Electioni eidem absque difficultate aliqua dignemini consentire. Dantes eisdem procuratoribus plenariam potestatem ut possint alium uel alios procuratores constituere uel substituere si necesse fuerit. et eis uisum fuerit expedire. Gratum habituri et ratum quicquid per

dictos

procuratores vel per quemlibet vel quoslibet eorum constitutos vel substitutos ab eis super premissis fuerit procuratum et actum. In cuius rei testimonium tradimus eis presentes literas sigilli nostri capituli patrocinio communitas. Datum Segontie nono Kalendas Septembris. Anno Domini. M°. CC°. LXX°. primo. ¶. Exibuerunt etiam iidem Procuratores et legerunt publice decretum electionis eiusdem sigillatum sigillis Prioris et Capituli Segontini. necnon Archidiaconorum Segontini. Almazanensis. Molinensis. Cantoris. et Sacriste eiusdem Ecclesie. non cancellatum. non rasum. nec abolitum in aliqua sui parte. Cuius tenor talis est. ¶. Reverendo Patri ac Domino Domino F. Petri Archidiacono Valentino Dei gratia in Episcopum Segontinum Electo. F. Prior totumque Capitulum Segontinum salutem in Domino. Paternitatem vestram volumus non latere quod in Anno Dominice Incarnationis Millesimo. CC°. LXX°. primo. audita et intellecta morte Reverendi Patris et Domini. Dom. L. bone memorie Episcopi Segontini. qui die Sabbathi. videlicet VI. nonas Maij. apud Palenciam sicut cordibus nostris referimus diem clausit extremum. qui et si generis nobilitate floruerit. nobilior tamen morum extitit honestate. Cuius exequijs reverenter ut decuit et debuit celebratis attendentes quod Ecclesia Pastoris vidatio destituta diu vacare non debeat. maxime cum mora longior in elec[illegible] electione nimium sit suspecta. imo sepe damnosa. Nos totum Capitulum Segontinum presentium diem certam videlicet diem Luna. pridie nonas Julij ad tractandum de electione in eadem Ecclesia celebranda. Die vero advenient[illegible] prefixa. vocatis et presentibus omnibus qui

© Biblioteca Nacional de España

qui voluerunt debuerunt et potuerunt commoda interesse.
(forma scrutinii per omnia observata. vos in summa concordia)
et ut moris est prius spiritus sancti gratia invocata. recepimus nos in claustro eiusdem Ecclesie de electione futuri Pontificis tractaturos. Constituti igitur in eodem claustro. licet super negotio electionis que in eadem imminebat Ecclesia facienda. inter nos ~~tractaverimus~~ tractaverimus diligenter. nec possemus de facili in unum propositum convenire. tractatum huiusmodi distulimus usque in diem Martis sequentem. videlicet Nonas eiusdem Mensis. ut interim deliberaremus an procederemus per formam scrutinij aut etiam compromissi. qua die convenientes in eodem loco. diligenti deliberatione premissa placuit omnibus ut per formam scrutinii procedere deberemus. et sic assumpsimus tres de Collegio nostro inpta unam de formis traditis in Constitutione Concilij generalis. videlicet Dominum Velaschum Archidiaconum Almazanensem S. Sarsie. S. Petri Canonicos viros utique fide dignos providos et discretos qui secreto et singillatim vota cunctorum Canonicorum eiusdem Ecclesie ~~exquisierunt~~ exquirerent. in scriptis redigerent. et publicarent protinus in communi. sic que collatione habita is eligeretur in quem omnes aut maior et sanior pars Capituli consentiret. et sic tres in eodem negocio procedentes inpta traditam eis formam vota cunctorum ~~Canonicorum eiusdem Ecclesie~~ secreto et singillatim diligenter exquisierunt. in scriptis fideliter redegerunt. et redacta nos in communi nobis in Capitulo publicarunt. et consequenter et statim à nobis diligenti collatione. ut decuit et debuit fieri habita. inventum est quod nos omnes et singuli ~~de capitulo~~ de Capitulo in vos virum litteratum providum et honestum. deo et hominibus gratiosum.

in

© Biblioteca Nacional de España

in scrutinio consensimus. per cuius providenciam, circumspectam. credimus et speramus Ecclesiam Segontinam. tam in temporalibus quam in spiritualibus prosperum et obtatum suscipere incrementum. Consequenter vero et in continenti. Velascus Archidiaconus Almaçanensis vice sua. vice et mandato omnium de Capitulo vos elegit in Episcopum et Pastorem Ecclesie ac Diocesis Segontine. et cantando alta voce te Deum Laudamus pulsatis etiam Campanis. ivimus ad Ecclesiam ante maius altare beate Marie. concurrentibus clericis et laycis civitatis. et dicentibus. Benedictus Dominus Deus Israel et c. hijs ergo suo more peractis. fuit huiusmodi electio de mandato Capituli per eundem Archidiaconum populo solepniter publicata. Quare paternitati vestre humiliter supplicamus. Quatinus cum huiusmodi electio vobis ex parte nostra fuerit presentata. per socios nostros quos super hoc specialiter ad vos duximus destinandos. absque more dispendio eidem electioni dignemini consentire. ut extunc ad confirmacionem petendam libere dante domino procedamus. Et quia huic decreto nostro fides adhibeatur. ipsum fecimus prout infra sequitur omnium nostrum subscriptionibus roborari. nec non et sigillorum nostri Capituli. Prioris. Archidiaconorum Segontini. Almaçanensis. Moline. Cantoris. et sacriste. appensione muniri. Datum Segontie. Nonas. Julij. Anno quo supra.

Sigerense dos columnas & firmas.

1ª Columna.

Ego Velascus Archidiaconus Almaçani. in Domnum. G. Petri Archidiaconum Valentinum consensi et consencio. et ipsum vice mea. & vice. et mandato Capituli Segontini

elegi

© Biblioteca Nacional de España

eleg? in Episcopum et Pastorem Ecclesie et Diocesis Segontine.

Ego Fundissalus Prior huic Electioni consensi atque consencio et subscribo et sigillum meum appono.

Ego P. Egidij Archidiaconus Moline huic electioni consensi atque consencio et subscribo, et sigillum meum appono.

Ego Martinus Cantor Ecclesie Segontine huic Electioni consensi atque consencio et subscribo et sigillum meum appono.

Ego B. Petri Prior sancte Marie de Medina huic electioni consensi atque consencio et subscribo.

Ego Diosaiuda Canonicus Segontinus huic Electioni consensi atque consencio et subscribo.

Ego Petrus Ferrandi Canonicus Segontinus huic Electioni consensi atque consencio et subscribo.

Ego Johannes Petri Canonicus Segontinus huic Electioni consensi atque consencio et subscribo.

Ego ~~Sancius Petri~~ Dominicus Abbas Canonicus Segontinus huic electioni consensi atque consencio et ~~propria manu~~ subscribo.

Ego Sancius Petri Canonicus Segontinus huic electioni consensi atque consencio et subscribo.

© Biblioteca Nacional de España

Segunda Columna

Ego. Ff. F. Sancij Canonicus Segontinus nomine et mandato Fundissalei. Ff. E. Petri Archidiaconi Segontiñ qui huiusmodi consensi Electioñ atque consentit. subscribo. et idem Archidiaconus sigillum suum apponi mandauit.

Ego Valascus Archidiaconus Almaçanñ huic Electo subscribo et sigillum meum appono.

Ego Dominicus Zarite Sacrista Segontinus huic Electioni consensi atque consencio et subscribo. et sigillum meum appono.

Ego Ff. F. Canonicus Segontinus ac Sancte Columbe Prior huic Electioñ consensi et consencio et subscribo.

Ego Dominicus Domnus Simon Canonicus Segontinus huic electioni consensi atque consencio et subscribo.

Ego Fernandus Sancij Canonicus Segontinus huic Electioni consensi atq consencio et subscribo.

Ego Sancius Zarite Canonicus Segontinus huic Electioni consensi, atque consencio et subscribo.

Ego M. Canonicus Segontinus huic Electioni consensi, atque consencio et subscribo.

Ego Zarsias Petri Canonicus Segontinus huic Electioni consensi atque consencio et subscribo.

© Biblioteca Nacional de España

Post hec dicti Procuratores presentarunt electionem dicto Archidiacono Valentino in Episcopum Segontinum electo. petentes cum magna instantia. ut eidem electioni absque more dispendio. cum prestaret assensum. Et idem Archidiaconus in Episcopum Segontinum electus deliberatione habita diligenti ad magnam et importunam instantiam dictorum Procuratorum. electioni de se facte consensit. In cuius rei testimonium idem Archidiaconus in Episcopum Segontinum electus presentes litteras sui sigilli patrocinio roborari. Et frater Martinus Prior Predicatorum. et frater Martinus Guardianus Fratrum Minorum villa Calataiud. et Martinus Dominici Prior Ecclesie S. Marie Maioris. et Dominus Monius Archipresbyter Calat. et Dominus Petrus Sancij Prior Ecclesie Pinnatensis. et frater P. Garsie Prior Domus S. Benedicti Calat. apposuerunt sigilla sua presentibus ad maioris roboris firmitatem. Acta sunt hec Anno ____ Mense ____ die ____ Loco ____ predictis presentibus ____ testibus ____ supradictis.

Ego Dominicus Petri publicus Tabellio Calat. his interfui. et ut supra legitur. propria manu subscripsi. et hoc sig ____ no meo signavi. in testimonium premissorum: ____

© Biblioteca Nacional de España

Ef un Pergamino de poco mas de media vara en quadro. La letra mediana entre redonda, y quadrada bien formada. Penden de hilos de algodon blancos, y pardos siete sellos pequeños aovados de cera. El de en medio es del electo, los demas á sus lados.

El primero de la esquina derecha esta maltratado. Tiene un Nra Sra de medio cuerpo con el Niño Jesus en los brazos: debajo de rodillas un Clerigo: La orla es. S. P. SA[illegible]NCII ////////////// CALAT.

El segundo tiene un Cordero con cruz, y bandera: debajo una estrella: La orla: S. MVNIONIS ARCHIPBRI CALATAIVB.

El tercero tiene un pajaro encogidas las alas. La orla es: S. GARDIANI DE CALATAIVB.

El quarto, y de en medio (q es del electo) un Clerigo en pie con un libro en las manos. La orla: ////// G. PET: [illegible] ARCHINI VALENT ET CALATAIVB.

El quinto tiene por escudo á S. Pedro de Verona Martyr, hincado de rodillas, atravesado el cuerpo con una espada, y detras del un hombre vestido á la ligera, que descarga un golpe de espada sobre la Cabeza del Santo. encima una mano, q pone al Santo una corona: La orla es: S. PO-RIS. FRM. PDICATOR. CALATAIVBENSIS.

El sexto tiene debajo un clerigo de rodillas: encima Nra Sra con el Niño Jesus sentada: La orla. S. ////////// NICI PORIS ECCE MAIORIS ////////// CALATAIVB.

El septimo un circulo con xps. alpha, omega, y cruz, del modo con que suelen empezar los Privilegios. La orla es: ////// GAR-SIE MONACHI ONIENSIS.

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

Siguença.
X. 1. 2. 6.

BIBLIOTECA CATEDRAL TOLEDO

En este numero se contiene un rollo de papel de media tercia de ancho, dividido en quatro pedaços ~~de tres~~ menores, y el quinto, y ultimo de tres varas cabales, cosido una tira de papel con otra con hilo blanco, la letra menuda. Los tres pedaços primeros estan muy maltratados.

El asumpto es una informacion, ó processo ante Don Pedro Roldan Canonigo de Toledo, y Arcediano de Alcaraz, Juez diputado (no dice, si Apostolico, ú ordinario por el Arçobispo) sobre terminos diocesanos de Siguença, y Osma, y especialmente sobre diezmos de Serion, y si dicho lugar era ó no termino de Almajan. Los Procuradores van presentando testigos, y estos haciendo declaraciones: al fin se presentan dos instrumentos, que son una sentencia de composicion de Juan Cardenal Legado Obispo Sabinense, y una Bula de Gregorio IX. q la confirma.

Pondrans algunos fragmentos de las Declaraciones de los testigos, que tengan alguna particularidad, y luego la Bula.

El testigo, con q empieza el ultimo pedaço grande, dice: Interrogatus quos, et quot novarit Episcopos in tempore isto. Dixit quod novit Dominum Rodericum. et Dominum Lupum. et dominum ferrandum et dominum Petrum. qui percigebant intra Episcopalia. Interrogatus quomodo sciebat. dixit quod vidit maiordomos Episcoporum portare partes suas. Interrogatus qui erant et quibus nominibus vocabantur illi maiordomi. dixit quod non recolit nec sciebat. Interrogatus utrum ipse excoluerat terras in termino Montis Acuti dixit quod non. set fuit pastor in illis locis. Interrogatus utrum esset pau-

per

per vel diuos dixit quod erat pectarius Regis et filius Garsie petri de Atienca. Interrogatus utrum parte vel partis amore vel timore vel odio vel aliqua amicitia veniret ad testificandum dixit quod non.

Otro testigo es D. Pedro de Fuente de Escobosa.

Otro Martin de Nafalay, es dice es Seron era termino de Almaçan, es el vivia con su tio en Bovorch, y venian a Valnadgraso, y cultivaban llevando las mieses à Bovorch, pagando los diezmos à Muño sanchez Clerigo de Bovorch &c.

Otro Martin de Tomara de Borravas para probar los articulos que produxo Miguel Muñoz de Beça.

Otro sancho de Borravas es dixo lo mismo es Garsia milas de Beça y sobre los Articulos de Monteagudo, y de Bordalua, dixo, que no sabia, como ni sobre Seron: y que era medius pectarius Regis.

Otro Gil de la Serrana Pastor del Monasterio de Huerta.

Otro Benito de Nafalay, y Clemente de Nafalay

Dominicus Villiela de Almaçan testis iuratus et interrogatus utrum sciebat quod segontini percipiunt tercias de terminis de Seron per XL^a. annos dixit quod scit quod percipiunt per quinquaginta annos. Interrogatus quomodo sciebat dixit quod ipse et pater suus excoluerunt terras in termino de Seron in valle qui vocatur valdevilliella et portabant messes ad Bovorch et ad Villiella et dabant decimas clericis dictorum locorum. Interrogatus qui erant clerici in dictis locis dixit quod in Villiella erat dominus Johannes et in Bovorch Martinus sancij. Et portabant kaficia panis ad Ecclesiam sancti Salvatoris de Almaçan. Interrog. utrum es continua per L^a. annos soluisset decimas istis Ecclesiis dixit quod sic. Interrogatus quomodo dividebantur decime. dixit quod per tercias. Dixit etiam non interrogatus quod vidit Dominum Martinum bone memorie Episcopum segontinum celebrantem missam in Ecclesia sancte Marie in valle seron. et dantem magnas

indul.

© Biblioteca Nacional de España

indulgentiaſ hominibuſ qui conveniebant ad miſſam. Interrogatuſ utrum Seron fuit terminuſ de Almaçan antequam modo ultimo popularetur. dixit quod ſic. et ita tenebat totuſ populuſ illarum aldearum ubi ipſe morabatur quod Seron fuit Aldea de Almaçan. Et dixit quod vidit in Seron antequam modo ultimo popularetur Eccleſiam et Caſtrum et domoſ. ſed nullus ibi morabatur. Et —— dixit quod nichil ſolvit in pecta Regiſ.

Otro teſtigo eſ Pedro Muñoz —— Petruſ Munionij clericuſ ſancte Marie del Campanar de Almaçan teſtiſ iuratuſ et interrogatuſ utrum ſciebat quod Segontini percipiunt decimaſ de terminiſ de Seron per XL^a. annoſ et amplius dixit quod cum eſſet iuvenis ivit venatum cuniculoſ ad Seron cum quibuſdam aliis vicinis ſuis et vidit multas regatas et in tempore eſtivo colligebant eaſ Hominеſ de Maian, de Albentiſch, et de Bovorch, et portabant meſſeſ ad Aldeaſ ſuas. et tum ſolvebant decimaſ Eccleſiaſticaſ ſecundum quod ipſe credebat. et dixit quod ſciebat quod portabant Kaficia ad Eccleſiaſ de Almaçan de dictiſ Aldeis. ſicut modo faciunt. Et dixit quod Hominеſ de Almaçan volentes populare Seron Babebant vexillum Regis in Caſtro de Seron. et fecerunt ibi magnam Calariam et poſt per mortem Domini Regiſ Alfonſi turbata fuit tota terra et diviſerunt Almaçanenſes populare Seron. Et dixit quod audivit a Domno Martino Patre Archidiacono Domini fortunij qui fuit de Almaçan quod ipſe vel pater eius portaverunt Campanaſ et veſtimenta eccleſie de Seron, ad Almaçanum ad Eccleſiam ſancte marie del Campanario in qua eccleſia eſt preſens teſtiſ Clericuſ. et ut ipſe dicebat ipſe vidit campanaſ et veſtimenta dicta de Seron in die Jovis proximo preterita in vigilia beati martini ſub anno Domini M. CC. LX. ſeptimo. Et dixit quod una de dictiſ campaniſ fuit fracta

© Biblioteca Nacional de España

ta et vicini Ecclesie S. Maria del Campanar voluerunt illam facere de novo. Et dixit dominus Martinus pater dicti Archidi. acom quod ipse volebat eam facere et iniunxit filiis suis quod quocúmque hoc accideret. quod ipsi facerent dictas campanas de novo, quia ipse et Pater suus aportaverunt eas de Seron ad Almaçan. Interrogatus &c.

Post hec Procurator Segontinus obtulit. duos Privilegia. Unum domini Johannis Sabinensis Episcopi Apostolice Sedis Legati. Sigillatum sigillo cereo in cuius orbita erant littere iste. scilicet Sigillum Johannis Sabinensis Episcopi. et in medio sigilli erat imago inducta pontificalibus indumentis. tenens in manu sinistra bacculum pastoralem. et in Capite Mitram Pontificalem. Aliud Privilegium Gregorij Pape Noni cum vera Bulla plumbea et filo serico ad probandum istos articulos quod Nafalay et Borravas sunt limites Diocesis Segontine. Item quod Beça est limes Diocesis Segontine. Item quod Blúecos. ~~est limes~~ Castiel de terra. Nomparadas. Algarrach. Almaffari? sunt Limites Diocesis Oxomensis. Item quod olim fuit questio super limitibus inter Diocesis Segontinam et Oxomensem. Item quod super limitibus extitit compromissum. Item quod fuit compromissum super limitibus in dominum Johannem Episcopum Sabinensem Apostolice Sedis Legatum. Item quod Cardinalis tulit arbitrium super terminis specificando terminos. Item quod tulit arbitrium super limitibus. item quod expressit terminos Diocesis Segumbine et Oxomensis propriis nominibus. Item quod ita expressit ut dicte Aldee essent termini siue limites dictarum Diocesium. Item quod Bordalua est limes Diocesis Segumtine. Item quod Beça et Borravas et Nafalay sunt termini Diocesis Segumtine.

Depite otras dos, ó tres cosas, q despues inserta: 1º. la Sentencia arbitraria de el Card.l Sabinensa: despues la Bula de Gregorio 9º. en la qual se inserta dha sentencia: Por eso solo copiamos esta, q es como se sigue =

Gregorius

X. 1ª 2. 6.º

Obispados: de Siguenza.

Gregorius Episcopus servus servorum Dei Venerabili fratri Episcopo Segontino. Salutem & Apostolicam benedictionem. Ea que judicio vel concordia terminantur firma debent & illibata conservare. & ne occasione contentionis scrupulum relabantur. apostolico convenit Pastore communiri. Ex parte siquidem tua fuit à nobis humiliter postulatum. ut compositionem quam inter te tua ac venerabilem fratrem nostrum Osomensem Episcopum sue Ecclesiarum nomine Capitulorum vestrorum accedente consensu. super limitibus Diocesum vestrarum mediante venerabili fratre nro Sabinensi Episcopo tunc in partibus illis apostolice sedis legato amicabiliter intercessit apostolico confirmare munimine roborare. Nos igitur venerabilis in Christo fratris tui devotis precibus inclinati Compositionem prefatam sicut rite pravitate provide, & ad utilitatem utriusque Ecclesie facta est & ab utraque parte sponte recepta. & hactenus pacifice observata, & in litteris ejusdem Leo..... exinde confectis plenius continetur quarum tenorem de verbo ad verbum presentibus fecimus annotari: auctoritate apostolica confirmamus. & presentis scripti patrocinio communimus. Tenor autem ipsius compositionis

legati.

© Biblioteca Nacional de España

cut talis. Johannes. Dei gratia Sabinensis Epis
copus Apostolice Sedis Legatus. universis pre-
tes litteras inspecturis. Salutem in Domino.
Noverit universitas vestra quod cum inter ve-
nerabiles Patres. L. Episcopum, & Ecclesiam Se-
guntinam ex parte una, & P. Episcopum Oxo-
mensem & Ecclesiam suam ex altera super qui
busdam Ecclesiis & terminis suorum Episcopatu
um questio diutius ventilata. fuisset cum mul-
tis laboribus, & immoderatis gravaminibus expen-
sarum. tandem utraque pars in presentia vene
rabilium Patrum. R. Dei gratia Archiepiscopi To-
letani. Burgensis. Palentini. Secobiensis Episcopo
& Electi Concensis multarum quoque personarum
& bonorum virorum qui apud Vallem oleti ad Con-
cilium convenerant: in nos spontanea Compro
miserunt simpliciter, & de plano renuntiando
omnibus litteris, & rescriptis super hoc impetra
tis & impetrandis. promittentes se ratum, & fir
mum habere quidquid super his vive per dictu
nostrum sive per sententiam, vel amicabilem
Compositionem nos contingeret ordinare, & hoc com
promissum fuit firmatum. per juramenta dictorum
Episcoporum. Seguntini, & Oxomensis, & Archi
diaconorum & personarum utriusque Ecclesie
qui presentes erat. & septem millium aureo

xum pena vallatum. Nos igitux ut dejuxe utxiusque Ecclesiæ cextificati pleniux. cum xecuxxioxi conscientia pxedicte contentiom finem posxemus imponexe ea que intex paxtes supxadictas pex plurima xescxipta sedis Apostolice coxam divexsis judicibus acta fuexunt diligentex inspeximus, consextantes nihilominus confixmationem bone memoxie Domini Innocentij secundi summi Pontificis que xobux dabat cuidam compositiom que supex teximinis Episcopatuum olim intex supxadicta intexcessexunt Ecclesias. nec non & sententiam felicis xecoxdationis Dni Innocentij Pape textij pex quam finis imponebatux contentiom intex easdem Ecclesias supex Villis Ecclesijs & teximinis exoxte denuo. Tandem post multas deliberationes ut intex memoxatas Ecclesias pexpetuis temporibus incon cussa pacis txanquillitas permanexet statuimus. & sub Religione pxestiti juxamenti à paxtibus & obligatione pene supxadicte ab utxiusque Ecclesie Episcopo & Conventu hoc in pexpetum pxecipimus obsexvaxi. Videlicet quod utxaque Ecclesia sicut tunc possidebat de facto. Villas Ecclesias & teximinos. in suis Confinibus tam juxe pexpetuo possidexet, & utxique Ecclesie pexpetuum imposuimus silentium ut neutxa altexi supex limitibus Episcopatum posset movexe de ce

© Biblioteca Nacional de España

texo questionem. & quum in confixmationem
supradictam Domini Innocentij secundi, & vi
sententiam Domini Inocentij textij supradictis
Ecclesijs quedam Ville cum suis terminis assig
nantur sine ipsorum terminorum expressione
nos providere volentes utrique Ecclesie perpetue
pacis. quatinus si quocumque casum aliquo
tempore alicujus de predictis Villis terminos mu
tari contraxi vel dilatare contingeret nihilom
nus tamen absque ullius contentionis materie
utriusque episcopatus termini stabiles perma
nerent subscribi fecimus nomina Aldearum vel
Ecclesiarum quas utraque Ecclesia secundum
videlicet & oxomensis una adversus alteram
in sua frontaria possidebat. hoc addito quod si
postmodum aliquam de novo Aldeam villam
vel Ecclesiam fundari contingeret illi episcopo vel
Ecclesie cederet qui jurisditionem episcopalem ha
beret in Villa in cujus termino ipsa aldea vel
Ecclesia fundaretur. Hec sunt nomina aldearum
sive ecclesiarum quas possidet oxomensis Eccla
in frontaria Ecclesie secuntine. In termino sori
cnsi, Viecla, Castel de terra. Nomparedes. Alparu
ch. Almafari. La solana. el Cerco. Otero del Con
de. In Archipresbiteratu de Goxmar. Moxales Brie
des. Sabuguello. Modamio. Madpuedano sant cris

© Biblioteca Nacional de España

tofal. de otex de Pollinos Nogxales Massaxeios.
Sancta Maxia. Jxesno. Adanta. In Axchipxesbite-
xatu Sancti Stefani. Quintanas xuvias de suso
Quintanas xuvias de iuso. Quintana seca. La mo-
ucxa txamagxas. Sant Cxistobal. fonte cabxon
Mimo. Valdanzola. Valdanço. Sant Pctxo cum una
Casa. Valdepal. in Axchipxesbitexatu de bandaluz
Cspedexa. Osona Sancta Maxia de Linaxes. La
Casa Don Chicoth. La Casa. de Mingo Gomez.
Bandaluz. Jaiocu. Hcc quoque sunt nomina
Aldeaxum, sive Ccclesiaxum quas in Jxonta-
xia Oxomensis Ccclesic possidet Ccclesia se-
ountina. In Axchipxesbitexatu de Jaxiza. Deza
Boxdalva. Pozuclo. In termin s. Almaçan citxa
Doxium. Nepas. Nofale. Voxxavazo. Mazixxones.
Valdespina. Ultxa Doxium. S.ta Maxia de Valacha.
Los Cxespos. txasvicca. Sancta Maxia Ultxa Doxium.
Londel Caxxo. Sanctus Johanes del hapital. El
Bulio Las teicxixas. Mata mala. matut. Sancta
Maxia del Pxado. in texmino de Bexlanga, ultxa
Doxium Baugas. taxdachosa citxa Doxium. Sant
Gil de Pedxoso. Santa Cxus. Joxxemocha. Bebollo.
Vado de Rey. Navaccxias. Avanco. Pavones. fa-
lalo. In texmino de Caxacena. La pexcxa. Pozue
lo. Caxxascosa. el Aldea de Gutiexxe. Las Jozes.
Amas. Sant Felices. In texmino Aylonis txes Aldee

© Biblioteca Nacional de España

que vocantur hoc nomine. Lizeras Torrecmo
cha. Gomes vela. Villa escusa Villa Cabeza.
Vexezal. Cab neoxo. La funtellexa. In signum
autem dilectionis. & firmamentum pacis amicabilis
inter ipsas Ecclesias iugiter permansurae. Statui
mus & ab utraque Ecclesia: fuit oratanter ac-
ceptum. quod inter ipsas Ecclesias. esset amica-
bilis & perpetua societas, & fraternitas in con
cusa. Ut autem hec omnia supradicta perpetu-
um robur obtineāt presentem cartam annotari
fecimus. & sigilli nri munimine roborari. Acta
sunt hec apud Segontiam. anno Dominī Mill°
CC.° XXIX.° X VJ Kalendas Augusti. Nulli ergo
omino hominum liceat hanc paginam nostre con
firmationis infringere, vel ei ausu temerario
contraire. Siquis autem hoc attemptare pre
sumpserit indignationem omnipotentis Dei, &
beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se
noverit incursurum. Datum Peruij V. Idus
Novembris. Pontificatus nri anno Octavo.

Et quia dictus Dominus Petrus. Roldam
Archidiaconus Alcarazensis in Ecclesia Tole-
tana judex nomine sui Archidiaconatus Alcara
zensis sigillum nondum habebat attestationes
& acta. Cause cum sigillo quod prius habebat
sub nomine Canonici toletani in presenti sessione

© Biblioteca Nacional de España

sigillaverint. & dictus Magister Laurentius Decanus segobiensis & Canonicus toletanus judex cum sigillo assueto eodem modo attestationes & acta cause in presenti sessione sigillavit Acta sunt hec apud segontiam. per nos. Eximinum oartsie clericum. Domini Petri Roldani Archidiacoi Alcaxacensis & Johanem Petri clericum Domini oxomensis episcopi. a die Lune videlicet VIJ Idus novembris. Continuatis sessionibus de una die adaltexam. Consuetis diebus feriatis ob sanctorum reverentiam introductis usque ad diem Martis XVIJ. kalendas Decembris scriptores juxatos & adhibitos de partium voluntate.

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

los quatro pedaços menores, que se conoca estuuieron
cosidos en un rollo con el quinto grande. Hay otras
muchas Declaraciones Testigos sobre los varios articulos
del pleyto. Casi todos conformes en las pretensiones &
siguenza. Las mas notables son las que se siguen=

Petrus David de Allenasch testis iuratus et interrogatus
utrum volebat dicere veritatem pro utraque parte secundum
quod iuravit. Dijo quod sic. Interrogatus utrum Segontini per-
cipiunt decimas de terminis de Seron per XL. annos et amplius
uel dijo quod sic. Et dijo non interrogatus quomodo sci-
ebat. dijo quod à tempore ejercitus siue prelij de Ubeda
ipsemet ejcoluerat in terminis de Seron. videlicet in
Baltueña et Cañamach. et dabant decimam in Ecclesia de
Albentisch que est in diocesi Segontina. et interrogatus u-
trum sciebat quod alij vicini sui ita dabant decimas
suas Ecclesie de Albentisch. dijo quod sic. Interrogatus
quomodo sciebat, dijo quod ipse et alii vicini sui ejcole-
bant et colligebant messes in dictis propinquo terminis et
dabant decimas in propinquo dicta Ecclesia. Et hoc accidit
semper à tempore dicti prelij de Ubeda usque ad hoc tem-
pus quo modo ultimo populabatur Seron. Et interrogatus u-
trum Segontini percipiunt decimas de possessionibus de Monte a-
cuto per XL. annos et amplius. dijo quod sic. Interrogatus
quomodo sciebat dijo quod ipsemet ejcoluit in terris illij
in quibus hodie populatus est ~~Albalate~~ mons Acutus. Interro-
gatus utrum alij vicini sui ejcolebant terras ibidem. dijo
quod vidit ejcolere terras illas bene per XXX. iuga boum
et plura. Interrogatus unde erant dicta iuga boum. dijo
quod de Albentisch et de Almaluas que sunt Processisse

gon-

© Biblioteca Nacional de España

gontme et dabant decimas in Ecclesiis suis. Et dixit non interrogatus quod ipse vidit Pozuel depopulatum et postea populatum. et vidit homines de Pozuel excolentes terras ubi hodie populatus est Mons Acutus, et dabant decimas in Ecclesia de Pozuel que est in Diocesi Segontina. Interrogatus utrum sciret quod Seron erat terminus de Almaçan antequam modo ultimo popularetur. dixit quod nunquam vidit usque ad hec tempora Seron populatum. Et prosigue con otras preguntas.

Dominicus Gomecij de Bovorch testis iuratus &c dixit quod ipse excoluit in terris de Seron per XXX. annos et amplius et portavit Kafficum ad Almaçan secundum consuetudinem terre et residuum dedit in Ecclesia Aldee sue que vocatur Bovorch que est Aldea de Almaçan. Interrogatus quomodo sciebat omnia ista. dixit quod fuit natus ibi et nutritus, et vidit et audivit ab habitatoribus illius terre. dixit etiam quod audivit à Matre sua que vixit per centum annos. que vidit Seron populatum et erat secundum quod ipsa dicebat Aldea de Almaçan ante istam populationem. Addidit etiam quod audivit a Matre sua quod Sorienses depopulaverunt Seron tempore illo quo Rex erat puer et tenebant eum in potestate sua. Dixit etiam quod Bordalua &c.

Stephanus Clericus de Maian testis &c dixit quod pater suus excoluit in terris illis de Seron, et portavit Kafficum ad Ecclesiam Sancti Stephani de Almaçan secundum consuetudinem terre. et residuum dabat Ecclesie de Maian que est aldea de Almaçan. Et audivit a patre suo quod Sorienses montabant los Canados violenter. et tulerunt quinque boves patris sui. quos nunquam recuperavit quamvis Rex per cartam suam mandavit ei dari boves suos. &c.

Bo-

© Biblioteca Nacional de España

Dominicus Pascasij Clericus de Bovorch testis dicit = dice lo mismo de el Cañ á la Iglesia de S. Esteban de Almayan, y lo demas á su Iglesia, de un su Parroquiano antiguo, y añade: Dixit etiam non interrogatus quod tempore Regis Aldefonsi qui obtinuit in prelio de Ubeda. quod quidam Soriensis nomine Martinus Dominici nutrivit eum. et cum potestate sua Soriensis destruxerunt Seron. et hoc dixit se audivisse à patre suo. et ab avo suo hoc ultimum dictum. Dixit etiam quod Arnaldus suus qui erat sacerdos baptizavit quendam puerum in Ecclesia Sancte Marie de Seron. que est in vega de Seron. et ipse fuit personaliter cum Arnaldo suo ad puerum baptizandum. Dt.

Lazarus de Monblana testis dicit y dice que sus diezmos de tierras de Seron, y pago de Baltueña á su Iglesia de Monblana, y el Cañ á S. Maria de Calatañaçor de Almaçan. y q de noche se vienan a su Aldea por miedo de los Sorianos Dt.

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

Segovia.
x. 2. t. 7. (α)

Ego Johannes sancte segobiensis ecclesie nunc ordinandus episcopus. subiectionem et reverentiam. et obedientiam. a sanctis patribus constitutam. secundum constituta canonum. ecclesie toletane rectoribusque eius. in presentia domini Raimundi toletani archiepiscopi perpetuo ma existuturum promitto. et super sanctum altare propria manu firmo;

ẋcclesie

ẋcclesie toletanę

Pergamino pequeño: letra grande como de libros de coro: sin señal de sello.

¶ Toda la letra es del character dela del margen y del tamaño de la de Toletane en cuia Ultima e deve notarse el diphtongo y en las dos ees iniciales de Ecclesie.

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

(f.)

Ego frater Martinus Sancte Segobiensis ecclesie nunc ordinandus episcopus. subiectionem reuerentiam. et obedientiam à sanctis patribus constitutam secundum ~~constituta~~ statuta Canonum. statuta ecclesie Toletane. et reuerendo in christo patri domino Sancio Toletane sedis Archiepiscopo metropolitano meo. eiusque successoribus perpetuo me obseruaturum promitto et super sanctum altare propria manu confirmo.

Abajo. Confirmo.

Pergammo pequeño. Letra gorda como el libros de Coro. No tiene sello, pero hai señal de èl.

© Biblioteca Nacional de España

Ego Benedictus. Sancte Segobiensis Ecclesie nunc ordinandus Episcopus subiectionem et reverentiam et obedientiam à sanctis patribus constitutam. secundum constituta Canonum Ecclesie Toletane vobisque Domino Enterrio eiusdem Archiepiscopo vestrisque successoribus canonice intrantibus perpetuo me exibiturum promitto et super hunc sanctum altare propria manu confirmo.
De otra letra. Benedictus Episcopus Segobiensis.

Pergamino pequeño. Letra & rasgos no bien formada. Tiene sello de cera pendiente de un ~~hilo~~ cordoncillo encarnado de seda, como medio limon, muy borrado.

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

(c)

Sanctissimo patri ac domino. C. dei gratia summo pontifici. M. dei miseratione et sua toletane sedis archiepiscopus licet indignus hispaniarum primas debitam summa cum devotione ~~reverentiam~~ subiectionem et reverentiam. Cum post decessum bone memorie .G. secobiensis episcopi conventus eiusdem ecclesie .G. archidiaconum de gremio ipsius ecclesie in patrem sibi elegerit et pastorem. presentata nobis electione utrum eam confirmare deberemus cepimus esitare. propter corporis aspectum qui etati legitime que in episcopali culmine requiri solet non satis consonare videbatur. tandem de etate eius subtiliter requirentes quanquam ipsam nemo accusaret tamen ad maiorem cautelam de annorum numero voluimus certificari. Super hoc producti sunt [redacted] testes legitimi. et omni exceptione maiores. videlicet. unus archidiaconus. et duo archipresbiteri canonici et presbiteri de corpore ecclesie iam dicte qui adiurati que in presenti pagina adnotata sunt assertione constantissima protestati sunt. quibus omnibus venerabilibus fratribus nostris oxomensi et segontino episcopis communicatis. nec non et aliis bonestis et magnis personis que de diversis ecclesiis casu advenerant. nichil virum est eis

personis

vera

© Biblioteca Nacional de España

fora impedimento propter quod confirmatio electionis
tio////// jam dicte deberet retardari. ad ultimum post longam deliberationem de consilio predictorum episcoporum aliarumque personarum electionem auctoritate a domino nobis concessa confirmavimus. G. Archidiaconus iuratus in presencia nostra et domini oxomensis et domini segontini dixit quod a tempore electionis domini. G. episcopi patrui domini electi elapsi sunt XXIIJ. annis minus tribus mensibus. et dominus electus secobiensis de cuius etate queritur infra annum illius electionis positus est ad litteras et indubitanter erat tunc VI. annorum vel eo amplius. quantum ex aspectu corporis poterat conici. Johannes de frantia canonicus presbyter, et colleg. vensis Archipresbyter iuratus dixit quod à tempore electionis G. episcopi elapsi sunt XXIIJ. ////// minus tribus mensibus. et illo anno. G. electus pro certo erat. VI. annorum et dimidij. interrogatus quomodo hoc sciebat. dixit. quod //// puericia ipsius etatem noverat. S. archipresbiter de fonte domina iuratus per omnia idem dixit. quod iste secundus dixerat.

Pergamino pequeño & media quarta en quadro: letra redonda mui menuda, como esta mia. Tiene dos sellos, y falta uno. El de en medio es un Prelado sentado con mitra, y baculo con palio: la orla. ✠ S: MARTINI: TOL: ARCHIEP: HISPANIAR: PRIMATIS. El otro al lado derecho, y izquierdo. La figura es la misma fuera del palio: la orla: ✠ S. RODERICI: SEGONTINI: EPISCOPI. Ambos son de cera en forma & medios limones.

© Biblioteca Nacional de España

Obispados. Segovia.
x. 2. ♔ 1. 4. (6)

45

Ygo Gonsalus Secobiens⁹ eccl̃ie nunc ordĩandus
Ep̃iscopus subiectionem et reverentiam et obedienti-
am à Sanctis Patribus constitutam secundum consti-
tuta Canonum eccl̃ie Toletane rectoribusque
eius in presencia domini celebruni Toletanⁱ
archiep̃iscopi et Hispaniarum primatis perpetuo me
exhibiturum promitto et super Sanctum altare
propria manu firmo.

No tiene sello; pero sí señal de él.
La letra mediana quadrada, y clara.

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

(c)

lis est. Noverint universi quod nos eximinus Sancij Decanus totumque Capitulum Sexobicensis Ecclesie & Sancte Marie de Albaxaçino damus, & concedimus vobis Sancio precentori nostro plenam & liberam potestatem eligendi vice nostra, & auctoritate vestra & Michaelem Sancij Monacum ordinis Cisterciensis absentem in Ecclesie Sexobicensis, & Sancte Marie de Albaxaçino & Pastorem. Quidictus Sancius mandato accepto in continenti nullo actu Contradictionis intexjecto dictum Michaelem Sancij monacum ordinis Cisterciensis absentem eligit in Episcopum & Pastorem Ecclesie Sexobicensis, & Sancte Marie de Albaxaçino sub hac forma. Ego Sancius precentor Ecclesie Sexobicensis, & Sancte Marie de Albaxaçino nomine & vice Decani, & totius Capituli ejusdem sedis, & auctoritate mea dopnum Michaelem Sancij monacum ordinis Cisterciensis absentem eligo in Ecclesie Sexobicensis, & Sancte Marie de Albaxaçino Episcopum & Pastorem, & electione prout dictum est solempniter celebrata Cantor predictus incepit Cantare Te Deum laudamus alta voce, & sic cantando venimus ad Ecclesiam coram altare maiori laudantes & benedicentes dopnum publice & solempniter pulsatis campanis, & apertis hostijs iuxta consuetudinem in talibus actenus approbatam. & finito psalmo & orationibus dictus Cantor de mandato Decani, & totius Capituli supradicti cujus mandati tenor talis est. Nos eximinus Sancij Decanus, & totum Capitulum Sexobicensis Ecclesie, & Sancte Marie de Albaxaçino. mandamus vobis Sancio precentori nostro. ut electionem nram Deo, & populo publicetis. & nullo actu inter-

© Biblioteca Nacional de España

medio publicavit isto modo. Ego Sancius Cantor predictus de mandato Decani, & totius Capituli supradicti denuncio vobis Dopnum Michaelem Sancij monacum ordinis Cisterciensis absentem esse electum in Episcopum Ecclesie Segobicensis, & sancte Marie de Albarracino, quem credimus Ecclesie, & Deo tam in spiritualibus quam in temporalibus profuturum, & utilia maiorisque robur obtineant firmitatis. & ne possint ab aliquo in dubium revocari manibus propriis subscripsimus, & sigillum nri Capituli, & sigilla Decani Archidiaconi precentoris & Thesaurarij huic decreto duximus apponenda. Acta sunt hec apud Ecclesiam segobrij. Die Jovis idus Januarij. Anno Dñi M.CC.LXX. septimo. ¶ Ego Ferdinandus petri Archidiaconus segobricensis Ecclesie huic electioni interfui, & consensi, & propria manu subscripsi, & sigillum meum apposui.

Et Ego Caiminus Sancij Decanus Ecclesie segobricensis, & sancte Marie de Albarracino huic electioni interfui & consensi, & propria manu subscripsi, & sigillum meum apposui

Ego Sancius precentor Ecclesie segobricensis, & sancte Marie de Albarracino. huic electioni interfui, & consensi, & propria manu subscripsi, & sigillum meum apposui.

Ego Petrus Petri Thesaurarius Ecclesie segobicensis & sancte Marie de Albarracino huic electioni interfui, & consensi, & propria manu subscripsi, & sigillum meum apposui.

Ego Goldius Rodexi à Canonicus Ecclesie segobicensis & sancte Marie de Albarracino huic electioni interfui, & consensi, & propria manu subscripsi.

Ego Martinus .p. canonicus Ecclesie segobicensis, & sancte Marie de Albarracino huic electioni interfui

© Biblioteca Nacional de España

& propria manu subscripsi.

Ego Sancius. p. canonicus Ecclesie Segobicensis, & Sancte Marie de Albaxxacino. huic electioni interfui, & propria manu subscripsi.

Et Ego Johanes de Serra publicus tuxolij notarius qui predicte electioni presens fui, & predicta omnia & mandato Decani, & Capituli predictorum propria manu scripsi, & sig— [sig] —num meum apposui anno die, & loco prefixis. cum littexis xas.is, & emendatis in XII linea ubi dicit Macto. & cum littexis supositis in XIII. linea ubi dicit non venissent.

Letra pequeña, y muy metida: pergamino oxande de tres quartas en quadro. penden cinco sellos de cera aovados. de cuerda que llaman de azote. El sello primero ala dexecha tiene una Nra Señora sentada con un niño Jesus en los brazos. y acada lado & su Cabeza una estrella: esta en forma de medio limon la oxla es: S. Capituli Secoxbicensis Sancte M. de Alvaxxacino.

El segundo es algo mas pequeño en la misma figura aovada. tiene en el Campo una Aguila coxonada. que en las garras tiene uno como letrero que no puede leerse: la oxla es: S. X. Sancij Decani Secoxbicen. & Sancte Marie.

El tercero tambien de cera blanca tiene en medio un Castillo con tres torres: la oxla es: S. F. P. Archidiaconi Segoxb.

El quarto tiene una Ave con una palma, en el pico sentada sobre otro ramo como de vid: la oxla. S. Sancij Precentoris Segoxbicensis.

© Biblioteca Nacional de España

El quinto tiene una flor de lis buelta al reves: la oxla:

~~S. P. P. Secobi Ecclesie Thesau.~~

S. P. P. Secob. y Ccc e Thesau.

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

Obispado ÷ Almeria.

X. 2. 1. 1.

In Dei nomine Amen. Noverint universi presentis publici trasumpti instrumentum visuri inspecturi pariter et audituri quod Nos Valerianus Ordoñez de Villaguirant Dei et Apostolice Sedis gratia Episcopus Civitatensis in sacra theologia Licentiatus Regius Consiliarius et prædicator vidimus legimus inspeximus et examinamus quasdam litteras apostolicas fel. rec. Innocentij Papæ Octavi ad supplicationem et petitionem Christianissimorum Principum Ferdinandi et Helisabeth regis et regine Castelle Legionis Aragonum Sicilie Granate &c. Regnorum Dominorum nostrorum quondam expeditas á sua Sanctitate Reverendissimo bone memorie Domino Petro de Mendoza tunc Cardinali Archiepiscopo Toletano &c. directas quas quidem litteras apostolicas ad instantiam dictorum Dominorum Regis et Regine idem Reverendissimus Dominus Cardinalis Archiepiscopus auctorita-

ta-

© Biblioteca Nacional de España

te apostolica per eosdem vibi commissa
in publicam formam redigi eiusdemque
Pontificalis sigilli in cordula vericea ru-
bri coloris pendentis impressione commuui-
ri fecit & mandavit & sic prefatas litte-
ras apostolicas in pergameno scriptas
manu publici Notarij apostolici signatas
prout sunt insexte non viciatas non rasas
non cancelatas nec in alia earum parte
suspectas sed omni prorsus vicio et suspicio-
ne carentes ut ex eis prima facie appare-
bat nobis de mutu pro parte Reverendi
Patris et Venerabilium Vizouum Episcopi
Decani et Capituli Almeriensis Ecclesie
coram notario publico et testibus infrascrip-
tis in forma iuris presentatas huiusmodi sub
tenore recepimus

¶ Petrus de Mendoça miseratione di-
vina tituli Sante Crucis in Jerusalem
S. R. E. Presbyter Cardinalis Ispanie Patri-
archa Alexandrinus ac Sancte Toletane
Ecclesie Archiepiscopus Totius Hispaniarum Pri-
mas ac Regni Castelle maior Cancellari-
us Episcopus Segontinus &c. Universis et
singulis presentibus et futuris salutem
Cum serenissimi et potentissimi Domini ~~fratris~~ mei
Ferdinandus et helisabeth rex et regina

His-

© Biblioteca Nacional de España

Hispaniarum et Sicilie &c. omnia Reg-
na sua ^et dominia expulsa inde omni tyrannide pa-
cisent indignum Regia Virtute et dig-
num se ipsis iudicare ve quod Reliquum
erat etatis otio torpescere ac pro eo qui
Regna dat cœlestia terrena que ab ipso
acceperant non exponere. Quare bellum
arduum & maxime memorabile contra
Infideles Agarenos qui ex Africa commi-
grantes magnam nobilissime Bethice
Provincie partem que Vulgo Regnum Gra-
nate ~~dicitur~~ appellatur á septingentis et
septuaginta annis et ultra detinebant oc-
cupatam subigere decreverunt. subiectam-
que tanta Virtute et constantia gesserе
ut nullis laboribus & impensis quin etiam
proprio proceruмque et nobilium et subdito-
rum sanguini non parcentes brevi plurimas
Civitates oppida loca et castella munitissima
et ipsam denique Divino auxilio mirificè suf-
fragante Urbem Granatam que caput Regni-
que sedes est ut par erat exstitit persona et
opera nostra intervenientibus ^vi et armis expug-
naverint pulsaque inde spurcissima infide-
lium secta ea omnia catholice fidei restitue-
runt christique fidelibus incolenda dederint.

Ve-

© Biblioteca Nacional de España

Verum cum fidem ipsam orthodoxam cuius studiosissimi & observantissimi sunt in eisdem locis longius propagare ac omnia ad verum cultum religionis studeant redigere á Sanctissimo Domino nostro Innocentio Papa Octavo supplices petierunt ut facultatem concederet erigendi et restituendi Ecclesias dignitates et beneficia in eisdem civitatibus oppidis et locis ab infidelium faucibus nuperime ereptis et fidelibus acquisitis cuius Sanctitas eorum pijs et sanctis desideriis affectu benevolo prosequens quippe qui huic sanctæ expeditioni armis apostolicis nequaquam hactenus defuerat suas litteras apostolicas ad nos directas super hoc concessit quas [illegible] eorundem maiestatum nobis coram notario publico secretario nostro et testibus infrascriptis in pergameno scriptas ipsiusque sanctissimi Domini nostri vera bulla plumbea in filis sericeis rubei croceique coloris more Romane curie impendentibus bullatas non vitiatas non rasas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas sed omni prorsus vitio et suspicione carentes ut ex eis prima facie apparebat originaliter presentatas cum ea qua decuit reverentia recepimus quarum quidem tenor de verbo ad ver-

verbum sequitur et est talis: Innocentius Episcopus servus servorum Dei ad perpetuam rei memoriam. Cum ad illius fidei constantiam et eximiæ devotionis affectum quos charissimus in Christo filius noster Ferdinandus Rex et Illustrissima in Christo filia nostra Helisabeth Regina Castellæ et Legionis illustres ad nos et Romanam gerit Ecclesiam diligenter attendimus ac paterna consideratione pensamus quo modo ipsi veluti intrepidi Christi pugiles et athletæ manu potenti et fortissimo brachio infideles Agarenos Regni Granate cum validissimo exercitu nullis laboribus nullisque expensis parcendo constanter debellarunt dignum imo potius debitum reputamus ut eorum votis in his presertim quæ beneficiorum Ecclesiasticorum et divini cultus in illis partibus propagationem concernunt affectu benevolo concurramus. Sane cum sicut ex dilecti filij nobis Enecii Lupi de Mendoça Comitis de Tendilla pro parte ipsorum Regis et Reginæ Capitanei Oratoris ad nos destinati relatione intelleximus quod Rex et Regina prefati veluti catholici Principes et Orthodoxæ fidei specialy Zelatores contra infideles predictos potenti manu pugnando nonnullas Civitates Oppida et loca dicti Regni

f. l' charissima

e

é manibus eorundem infidelium eripuerint
et ad suam ditionem reduxerunt, speretque
divina opitulante gratia totum regnum ipsum
ab eisdem manibus eripere et suo dominio sub-
mittere ac summa devotione desiderent pro
divini nominis exaltatione et ut divinus
cultus illis partibus vigeat et floreſcat in
Cathedralibus et Collegiatis Ecclesijs illa-
rum partium in quibus propter illarum
ab eisdem infidelibus occupationem cultus
ipse erat totaliter derelictus Dignitates
ac Canonicatus et Prebendas necnon alia
beneficia Ecclesiastica de novo erigi et initi-
tui. Nos eorundem regis et regine laudabi-
le propositum ac sinceram devotionem plu-
rimum in domino commendantes eorum in
hac parte supplicationibus inclinati aucto-
ritate apostolica tenore presentium statui-
mus et ordinamus ut quod Dilectus filius
noster Petrus tituli Sancte Crucis in Ierusa-
lem Presbyter Cardinalis qui etiam Eccle-
sie Toletane ex concessione et dispensatione
Sedis Apostolice prefate dignoscitur. Et Vene-
rabilis frater noster Archiepiscopus Hispa-
lensis et eorum quilibet necnon ipsius Ar-
chiepiscopi Hispalensis successores qui pro tem-
pore fuerint per se vel per alios singu-
lis Cathedralibus et Collegiatis et alijs Eccle-
sijs civitatum oppidorum et locorum
dic-

© Biblioteca Nacional de España

dicti Regni Granate iam acquisitorum et
in posterum Divino auxilio acquirendorum
dignitates ac Canonicatus et Prebendas
aliaque beneficia Ecclesiastica in numero
competenti de quo ei visum fuerit erigere
et instituere et pro illorum dote decimas
fructus reditus et proventus et alia bona
dictorum locorum et per Regem et Regi-
nam prefatos concedenda et donanda assig-
nare omniaque alia et singula in premi-
ssis et circa ea necessaria et opportuna
facere exequi et disponere libere et licite
valeant. super quibus omnibus et singu-
lis Cardinali et Archiepiscopo Hispalensi
eiusque successoribus prefatis plenam et li-
beram eisdem auctoritate ac tenore (pre-
sentium) concedimus facultatem. Non obs-
tantibus constitutionibus et ordinationibus
apostolicis ac statutis et ~~constitutionibus~~
consuetudinibus dictarum Ecclesiarum iu-
ramento, confirmatione Apostolica vel qua-
vis firmitate alia roboratis. cæteris que con-
trarijs quibuscunque. Nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam nostrorum
statuti ordinationis et concessionis infrin-
gere vel ei ausu temerario contraire. Si
quis autem hoc attemptare presumpserit

in-

© Biblioteca Nacional de España

dignationem Omnipotentis Dei et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Rome apud Sanctum Petrum anno Incarnationis Dominice millesimo quadragesimo (quadringentesimo) octoagesimo sexto. Pridie nonas Augusti. Pontificatus nostri anno secundo. Hieronymus Balbanus. Petrus Tuba. Registrata apud me Hieronymum Balbanum. ¶ Post quarum quidem litterarum apostolicarum presentationem et receptionem ut premittitur factas fuimus pro parte eorundem Dominorum meorum Regis et Regine debita cum instantia requisiti ut ad complementum et executionem presentarum litterarum Apostolicarum et contentorum in eisdem procedentes in Ecclesia Cathedrali Beatissime Virginis Marie de Incarnatione Civitatis de Almeria dicti Regni Granate in qua verus Dei cultus nunquam viguit aut propter diutinam illius ab infidelibus occupationem penitus fuerat intermissus interruptus et profanatus et etiam in alijs Ecclesijs eiusd. Civitatis et totius Diocesis Almeriensis erigeremus et institueremus Dignitates Canonicatus et Prebendas et Portiones aliaque beneficia Ecclesiastica quotquot et prout melius expe-

di-

dire videremus. Nos igitur Petrus
Cardinalis Archiepiscopus & Commissarius
Apostolicus prefatus attendentes petitionem
& requisitionem huiusmodi esse iustas &
consonas rationi volentes ut verus obedientie
filius imperia Apostolica nobis directa reve-
renter exequi ut tenemur commissionem
predictam acceptavimus et tenore presenti-
um acceptamus eadem auctoritate apostolica
qua fungimur in hac parte instantibus &
petentibus prefatis maiestatibus in predicta
Ecclesia Cathedrali de Almeria ad honorem
Dei et Domini nostri Jesu Christi & Beatissi-
me Virginis Marie Matris eius tenore pre-
sentium erigimus creamus & instituimus
Decanatum que Dignitas prima post ponti-
ficalem in eadem Ecclesia existat: Archidia-
conatum eiusdem Urbis: Scholastriam Canto-
riam Thesaurariam & Prioratum que in ipsa
Ecclesia Cathedrali Dignitates cum debitis
prerogativis existant: nec non viginti sex
Canonicatus & Prebendas quarum sex ex
nunc antecedimus & incorporamus predictis
sex Dignitatibus ut singuli Canonicatus sin-
gulis Dignitatibus perpetuo sint uniti. hacq.
adiecta conditione quod obtinens dignitatem
cum annexa prebenda nullum aliud Canoni-
catum & Prebendam in eadem Ecclesia obti-
nere possit. Instituimus etiam viginti portio-

nes

ney duodecim Capellaniaj ac duodecim Clericatuj vive acolythatus. Officium etiam Archipresbyteri vive Curati seu archipresbyteratum in eadem Ecclesia Cathedrali et in tota Civitate cum eiusdem suburbijs & districtu. Officium Procuratoris fabricæ et hospitalis principalis quod prope Ecclesiam Cathedralem construatur. ac officium Succentoris officium Organistæ. Officium perticarij. Officium Notarij. officium canicularij seu pellendi caneş & Ecclesia. Et quia iuş et ratio exigunt ut ij qui altari serviant abaltari procurentur cum secundum Apostolum qui altari servit & altari vivere debet omnibuş Dignitatibuş et Personis et Canonicis Prebendatis et portionarijs Capellanijs Clericulis vive acolythis archipresbytero vive Rectori cæterisque officijs et officialibus supradictis assignamus omneş fructus et Redditus tam ex donatione Regia quam ex iure decimæ aut alioş quoviş modo ad eoş pertineneş. hoc modo quod quilibet Canonicatuş vive quelibet Prebenda tam de ijs quæ sunt annexæ Dignitatibuş quam de non annexis habeat singulis annis triginta millia morabetinorum vel eorum Verum valorem et quelibet portio viginti millia & insuper Dignitas Decanatuş triginta millia ultra suam Prebendam illi annexam. quelibet alia vero Dignitas ha-

© Biblioteca Nacional de España

habeat quindecim millia ultra suam Prebendam. quilibet Capellanie duodecim millia quilibet Acolythus sive Clericatus sex millia. Dictus vero Archipresbyter Rector sive Curatus quadraginta millia procurator autem sive administrator fabrice ~~Curie~~ Ecclesie vel hospitalis ut commode possit per se et per alios reditus et proventus annuos et quecumque emolumenta et obventiones ad dictam fabricam et hospitalem quovis modo pertinentes colligere et expendere: habebit pro salario dicti officij trigesimam partem Redituum et proventuum ad dictam fabricam et hospitale ordinarie pertinentium. Succentor vero tria millia. Organista sex millia. qui poterit esse Canonicus portionarius aut etiam Capellanus quem prelatus magis viderit expedire et similiter Succentor Sacrista minor sex millia qui poterit esse unus de Capellanis vel de acolythis. Campanarius vero qui etiam reget horologium decem millia qui duo ponantur et removeantur per Prelatum et Capitulum et de Thesaurarij consensu cui hec officia incumbunt. Perticarius autem decem millia. Notarius sex millia. Caniculatius verò sive arcens canes ab Ecclesia sex millia qui tenebitur Ecclesiam purgare et mundare bis in hebdomada et in omnibus vigilijs quorumcumque festorum vigilias habentium. et alias quandocumque per Thesaurarium fuerint illi iniunctum.

Et

© Biblioteca Nacional de España

vi fructy reddity et proventus ad mensam
Capitularem attinentes ut predictum est dic-
tam summam excreverint aut forte non
attigerint volumus quod stipendia et emo-
lumenta prefata singulis dignitatibus et
Canonicatibus portionibus Capellanijs Cleri-
catibus sive acolytatibus Rectorie et alijs
beneficijs ut dictum est assignata crescant
et decrescant pro rata portione singulorum.
Et quia ut dictum est propter officium datur
beneficium volumus et in virtute sancte obedien-
tie precipiendo mandamus quod predicta stipendia
sive quotidiane distributiones assignate et
distribute quotidie interessentibus singulis horis
nocturnis pariter et diurnis exercicijs dictorum
officiorum et atque a Decano usque ad acoly-
thum inclusive is qui alicui horę non inter-
fuerit legitimo impedimento cessante (proventus
^ privetur (ó preventus) et careat stipendio sive distribu-
tione illius horę. et officialis qui sui officij exer-
citio sive executioni horis et temporibus oppor-
tunis defuerit multetur similiter singulis
vicibus pro rata salarij. Volumus etiam et
auctoritate et comissione predictis statuimus
ut omnes et singuli Dignitates Canonici Por-
tionarij dicte Ecclesie Cathedralis teneantur
residere et servire in eadem Ecclesia quoli-
bet anno per octo menses ad minus continuos
vel interpolatos. alioquin Prelatus qui pro
tempore fuerit aut Capitulum sede vacan-
te

© Biblioteca Nacional de España

teneatur eo prius vocato & audito si iustam & rationabilem causam absentię non habuerint & allegaverint Dignitatem vel Canonicatum vive portionem vacantes pronuntiare et de illo vel illa idoneis ad presentationem prefatorum Dominorum meorum providere. Iustam autem absentię causam hoc loco diffinimus egritudinem dumtamen beneficiatus infirmus maneat in Civitate aut in suburbijs eiusdem aut si existens extra Civitatem infirmitatem incurrerit habens animum redeundi ad eandem Ecclesiam infra dictum tempus super quo stetur iuramento suo, vel cum de mandato Prelati et Capituli et pro causa et utilitate Ecclesię absens fuerit ita quod ista tria concurrant in licentia vive absentia exceptis tamen illis duobus beneficiatis quos Prelati duxerint habere in servicio suo qui integre percipiant fructus tam prebendarum suarum quam etiam distributionum quotidianarum quę interessentibus & presentibus distribuuntur dumtamen realiter et cum effectu maneant et sint in continuo servicio ipsius Prelati vive in domo sua vive extra domum in negotiis ipsius occupati super quo conscientiam ipsius Prelati oneramus. Volumus insuper de instantia & petitione dictarum maiestatum auctoritate que et tenore presen-

ti=

tium predictis mandamus quod Prelatus dicte Ecclesie habeat perpetuis temporibus quartam partem omnium decimarum tam predialium quam personalium tam Ecclesie cathedralis quam omnium aliarum Ecclesiarum predicte Civitatis et totius Diocesis almeriensis. et quod Clerici beneficiati cuiuslibet Ecclesie habeant quartam partem omnium decimarum ad illam Ecclesiam pertinentium qui in omnibus Parrochialibus Ecclesijs equaliter inter eos distribuatur. deducta prius & hac quarta parte decima parte pro Sacrista eiusdem Ecclesie et quod reliquam partem decimarum Rex et Regina prefati et eorum successores qui pro tempore regnabunt habeant eam partem quam Summus Pontifex prefatus suo privilegio eis concessit que vulgariter in suis regnis tercie nominantur que pars erit quantum essent due de novem partibus si totus acervus decimarum in novem partibus distribueretur. et de residuo habebit fabrica eiusdem Ecclesie tertiam partem. mensa Capitularis predicte Ecclesie ^Cathedralis tertiam partem et ad hospitale vel hospitalia eiusdem loci pertinebit reliqua tercia de quo deducetur decima pars ad sustentationem hospitalij maioris dicte Civitatis almeriensis. verbi gratia si totus acervus Decima-

^ privetur

© Biblioteca Nacional de España

marum alicuius Ecclesię esset novem modiorum habebit Prelatus et Clerici eiusdem Ecclesię quatuor modios cum dimidio. Ex parte vero Clericorum deducatur decima pars pro sacristis Parrochialium Ecclesiarum ut premissum est. Rex et Regina habebunt duos modios. De duobus vero modijs et dimidio residuis fabrica eiusdem Ecclesię habebit tertiam partem et mensa Capitularis terciam et hospitale vel hospitalia eiusdem loci habebunt reliquam tertiam partem pro dispositione prelati inter illa distribuendam et qua adhuc deducatur dicta decima pro hospitali maiori applicata. Volumus etiam et mandamus quod curati vel Rectores quarumcumque Parrochialium Ecclesiarum per Prelatum in Diocesi instituendarum committet ipse prelatus pro sua voluntatis arbitrio et pro tempore quo voluerit ipsis beneficiatis aut alicui, vel aliquibus eorum, aut alij sacerdoti extraneo sive non beneficiato prout melius viderit expedire. Et illi vel illis quibus huiusmodi officium per dictum Prelatum fuerit iniunctum applicamus et assignamus primitias illius Parrochię pro labore sive stipendio illius officij deducta inde octava parte pro sacrista illius Ecclesię qui debet esse persona multum idonea et talis quę possit apte et diligen-

ter

ter in his quę ad cultum Diuinum pertinent
ministrare et pueros cum omni honestate
eruditre. Applicamus preterea de dictorum
Dominorum meorum Regis et Reginę donatio-
nem instantia et petitione eidem Episcopo Al-
meriensi et eius mensę Episcopali quascum-
que possessiones et alia quęcumque bona per
easdem maiestates ei donata et assignata
ac in posterum per eos eorumque successores
donanda et assignanda. Applicamus etiam
fabricę dictę Ecclesię Almeriensis omnes po-
ssessiones et reditus quos quondam habuit
maior Mezquita eiusdem Ciuitatis quę nunc
fauente altissimo Ecclesia maior effecta est. et
omnes etiam decimas uniuș Parrochiani
eiusdem Ecclesię et aliarum Ecclesiarum dictę
Ciuitatis et totius Diocesis per prefectum
fabricę singulis annis eligendi et similiter
applicamus omnes possessiones et reditus alia-
rum Mezquitarum pro fabricis earundem cum
prefatę Deo in Ecclesijs fuerint consecratę.
Assignamus etiam de dictarum (maiestatum)
gratia ~~et concess~~ petitione et donatione ac
perpetuo applicamus in qualibet Parrochia
totius Ciuitatis et Diocesis ad habitationem
et usum Clericorum beneficiatorum domos et
hortos pro singulis beneficiatis quos Rex et
Regina prefati sua liberalitate eis donauerint
et donabunt. Volumus etiam de petitione

Ma-

maiestatum suarum etiam instituimus et ordinamus quod in quantum commode observari possit potexit nullus unquam presentetur neque instituatur ad decanatum Archidiaconatum Ecclesię ad scolastriam et cantoriam eiusdem Ecclesię nisi fuerit magister aut saltem Licenciatus in sacra theologia factus cum rigore examinis in aliqua Universitate vel nisi fuerit doctor aut saltem Licentiatus in iure Canonico factus. modo neque ad thesaurariam neque ad Prioratum dictę Ecclesię quisquam presentetur neque instituatur (nisi) bachalarius in theologia aut in dicto iure et similiter archipresbyteratum Cathedralis Ecclesię aliquem nec dum vir doctus et graduatus in Theologia vel in iure Canonico presentabitur. nec non etiam vir ętate integra saltem quadraginta annorum laudabili vita et optimis moribus prędituś. cuius erit omnia sacramenta per se et per alios Parrochianis Ecclesie maioris et alijs ad eam tanquam ad matricem confluentibus ministrare et defunctos si qui in eadem Ecclesia aut ipsius coemeterijs fuerint tumulandi sepelire et alia quę de iure et approbata consuetudine aliarum Cathedralium Ecclesiarum facienda illi incumbunt neque ad aliquem Canonicatum nisi per duos annos ad

mi-

minus Theologie aut iuri Canonico in aliquo Universitate operam dederint. ita tamen quod dimidium tam Canonicorum quam in Dignitate constituendorum semper quoad fieri poterit sint Theologi, et dimidium illorum sint Canonisti. Capellanus autem chori Clericos seu Acolythos Succentorem Organistam Pexticarium Notarium et Caniculariam instituet et destituet prelati arbitrio suo quando et quotiens viderit expedire sed institutio et destitutio procuratoris fabrice Ecclesie et hospitalis ad prelatum una cum Capitulo pertinebit. Ordinamus etiam quod officium divinum diurnum pariter et nocturnum tam in missa quam in choris fiat semper et dicatur secundum consuetudinem Romane Curie. preterquam in cantu qui in omnibus et per omnia sit secundum morem nostre Sancte Ecclesie Toletane. Et quod Decanus curet et provideat quod officium Divinum et omnia alia que ad cultum Divinum pertinent rite et recte perficiantur tam in choro quam in altari. quod etiam in processionibus et ubicumque Conventus Ecclesie seu Capituli ad illum evolvendum congregabitur et quod silentium honestas et omnis modestia atque decentia inibi in Capitulo conservetur. Ad Decanum etiam pertinet facultatem concedere ijs quibus

huy à choro ex causa discedere conveniat eam
exprimere teneantur. Et si eam non expre-
serint licentia minime concedatur. Ad archi-
diaconum vero Ecclesiæ pertinebit examinare
eos qui ordinandi erunt eosque ordinatori præsen-
tare atque in officio Diaconi ministrare quo-
tiens Prælatus solemniter celebrabit. Et
per Prælatum illi iniunctum fuerit. Dioecesim
visitare et reliqua quæ de iure communi ei
competunt exercere. Cuit autem Scholastici
libros qui in omnibus officijs divinis leguntur
sive in choro sive in altari vel alibi corri-
gere et pausare atque accentuare. videreque
et providere ij qui in lectionej Epistolas atque
Evangelia dicturi sunt in eius præsentia ea
videant legant et pronuntient antequam
Divinum officium celebretur: ut cum publicè
ea legerint apertè distincte castigate et
sine errore ea cantent recitent et pronun-
tient. Cuit autem Cantoris ordinare corri-
gere et emendare ea quæ ad cantum expectant emendare
in choro et ubicumque curareque ut qui can-
tum nescierit discant bene cantare et quod tem-
pore opportuno provideant ea quæ cantanda fuerint
quod ut melius et commodius peragere possit
volumus ut habeat succentorem qui clericos
aliosque addiscere volentes cantare doceant qui
etiam succentor cantus in absentia Cantoris in
choro et alibi incipiat quod quod unus & Cor-
rio—

© Biblioteca Nacional de España

narijs aut & Capellanis dicte Ecclesie poterit esse et habeat pro labore salarium trium millium morabetinorum superius taxatum. Thesaurarius verò quem ius custodem seu sacristam appellavit per se vel per alios eat agat officia que & iure illi sunt constituta ut Ecclesiam claudere et aperire pulsare et pulsari facere campanas ad horas lampades & luminaria curare de incenso luminibus pane et vino et reliquis necessarijs ad celebrandum pro voto Decani et Capituli providere: ea tamen que in ijs omnibus necessario fuerint expedienda de redditibus fabrice Ecclesie emitur et expenditur. Quia autem Maioris exercere officium Decani in eius absentia in omnibus et per omnia preterquam in Capitulo in quo in absentia Decani maior Dignitas presidebit. Et quia propter officium ut prediximus datur beneficium volumus et ordinamus quod ij quibus predicta officia incumbunt per se ipsos personaliter ea exerceant in quantum commode id agere poterunt. Volumus insuper et & suarum celsitudinum instantia et petitione ordinamus quod Portionarij non habeant vocem in Capitulo neque in spiritualibus neque in temporalibus. Et quod infra unum annum á die possessionis adepte computandum Decanus et ceteri in predictis Dignitatibus constituti et saltim media pars eorundem Canonicorum ter-

"expendenda

tia pars portionariorum videlicet qui prima
sedes tenebunt ordinem Presbyteratus ceteri-
que Canonici ac tertia pars portionariorum
ordinem subdiaconatus ordinem Diaconatus
ac reliqua pars portionariorum ordinem subdi-
aconatus. Clericuli vero omnes ordines quatuor
minores ordines suscipiant. Et quod in die
Natalis Domini et in die Sancte Epiphanie
ac in die Resurrectionis Dominice et in die
Ascensionis eiusdem et in die Sancto Pentecostes
et omnium Sanctorum Decanus si presens fue-
rit et in eius absentia Archidiaconus Ecclesie
et in eius absentia maior Dignitas que presens
fuerit missam maiorem solemniter celebrare
teneatur. Festivitatibus vero Beatissime Vir-
ginis Marie Archidiaconus Ecclesie et in eius
absentia maior Dignitas post dictum Archidia-
conum que inibi presens fuerit. In festo Sancti
Johannis Baptiste et Apostolorum Petri et
Pauli et Beate Marie Magdalene Sancti Ia-
cobi Zebedei et Sancti Laurentij Scolastica et
eo absente maior Dignitas que post ipsum fuerit
In reliquis vero precipuis festivitatibus missam
celebret maiorem unus de constitutis in reliquis
Dignitatibus cui Decanus aut Prior in absen-
tia Decani iniunxerit. Ceteris vero diebus
totius anni unus de canonicis. et cum aliquis
de constitutis in Dignitatibus celebraverit unus
de antiquioribus Canonicis Diaconus in officio
Diaconi ministrabit alioquin Diaconi et

sub-

© Biblioteca Nacional de España

subdiaconi officium non Canonici sed Portionarij Diaconi et subdiaconi exsolvent. Volumus etiam et de Serenitatum eaundem instantia et petitione ordinamus quod duæ missæ præter maiorem quotidie per Canonicos privatæ celebrentur et una alia per portionarios quibus per hebdomadas à Decano vel Priore illo absente iniunctum fuerit. Una vero de dictis missis per Canonicos dicatur in maiori altari dum Prima in Choro cantatur. Secunda vero dicetur per Portionarios in alio altari inter Primam et Tertiam. Reliqua vero missa privata per Canonicos celebranda dicetur dum tertia in Choro decantatur. Prima missa sit de Sancta Trinitate in diebus Dominicis / de angelis feriis secundis / de pace feriis tertijs / De exaltatione Sanctæ fidei in dedicatione Urbis Granatensis feriis quartis / de Spiritu Sancto feriis quintis / de cruce feriis sextis / Sabbathis vero de Beata Virgine Maria. Secunda vero missa de Sancto Iohanne Baptista diebus Dominicis / feria tertia de Sancto Iohanne Evangelista / feriis quintis de Sancto Iacobo Apostolo. Sabbathis de Sanctis Apostolis Petro et Paulo. Reliquis vero diebus pro defunctis. Tertia dicitur semper pro Universis fidelibus in Purgatorio detentis cum officio Defunctorum vel alio officio prout devotio celebrantis magis decreverit. Et quicumque missam ~~xxx~~ maiorem ce-

celebraverit lucretur ultra communem distributionem illi missa omnibus interessentibus assignatam vel assignandam triplum stipendium quam ad quamcumque diei horam lucretur et assignatum fuerit. Diaconus vero duplum. Subdiaconus autem tantum quantum ad aliam diei horam fuerit assignatum. Missas vero privatas celebrantes lucrentur pro singulis ipsarum duplum quod pro qualibet diei hora fuerit assignatum. Et quicumque toti missę maiori non affuerit tertiam vel sextam illius diei non lucretur nisi ex iusta et rationabili causa et de licentia Decani aut Prioris vel alterius in choro pro tempore presidentis absens fuerit super quo conscientiam petentis et concedentis licentiam oneramus ut quicumque matutinis et laudibus interfuerit lucretur triplum quod ad quamcumque diei horam lucrantur et insuper stipendium Primę quamvis illi non interfint. Volumus rursus et ad eandem celsitudinum petitionem et instantiam ordinamus quod bis in hebdomada capitulum teneatur feria videlicet tertia et sexta et quod feria ^tercia ~~sexta~~ tractetur ibi de negotijs occurrentibus. Feria autem sexta de nulla alia re nisi de morum correctione et emendatione tractetur. et de ijs quę ad cultum divinum debite celebrandum et ad honestatem clericalem in omnibus

et

© Biblioteca Nacional de España

per omnia tam in Ecclesia quam extra
conservandam expectant. Et quod nulla alia
die Capitula teneantur nisi tale forsan occu-
rrat negotium quod usque in textiam feriam
sine incommoditate maxima differri non po-
ssit. Et si prefatis feriis festum occurrat
servandum in feriis proxime sequentibus
Capitula teneantur et ut cuncta melius ob-
serventur et preter oblivionem nichil pre-
tereatur volumus et ordinamus quod pri-
ma sexta feria cuiuslibet mensis ista nos-
tra precepta imo verius apostolica in pre-
sentia omnium beneficiatorum dicte Eccleie
& sedo ad verbum aperte et distincte legan-
tur ita ut ab omnibus audiri et intelligi po-
ssint. que omnia et singula ad instantiam
petitionem dictorum dominorum meorum
Regis et Regine dicta apostolica auctoritate
qua fungimur in hac parte et in melioribus
modo via atque forma quibus possumus et
de iure debemus tenore presentium erigimus
et instituimus creamus facimus disponimus
et ordinamus cum omnibus et singulis ad id
necessariis & opportunis non obstantibus con-
trariis quibuscumque et illis precipue que
prefatus Sanctissimus Dominus noster Pa-
pa in suis preinsertis litteris apostolicis vo-
luit non obstare et ea omnia et singula
omnibus et singulis presentibus et futuris
cuiuscumque status gradus ~~conditionis~~ ordi-
nis

© Biblioteca Nacional de España

nis preeminentiz vel conditionis fuerint inti-
mamus insinuamus et ad omnium notitiam
deducimus et deduci volumus per presentes
mandantes predicta auctoritate in virtute
sancte obedientie omnibus et singulis supra-
dictis ut ea omnia & singula quemadmodum
á nobis instituta sunt observent et observari
faciant. In quorum omnium & singulorum
fidem et testimonium premissorum presentes
litteras sive presens publicum instrumentum
exinde fieri et per notarium publicum secre-
tarium nostrum infrascriptum subscribi et
publicari nostrique sigilli iussimus et feci-
mus appensione communiri. Datis et actis
in Civitate Granatensi & in arce Alfam-
bra die vigesima prima Maij sub anno á
Nativitate Domini Millesimo Quadringen-
tesimo Nonagesimo secundo. Pontificatus
Sanctissimi in Christo Patris et Domini
nostri Innocentij ^ Divina Provi-
dentia
Papæ octavi anno octavo.
Presentibus nobilibus et honorabilibus Viris
Dominis Domino Garcia Lasso de la Vega
Domino oppidi de Natres et Rodexico San-
chez Zapata Canonico Toletano. et Johan-
ne Furtado de Mendoza Canonico Segun-
tinensi et Johanne Roman Cantore Ca-
pellanis familiaribus continuis commensa-
libus dicti Reverendissimi Domini mei Car-

di-

© Biblioteca Nacional de España

f. Muros

dinalis testibus ad premissa vocatis pariter et rogatis. Et ego Didacus de Muros Canonicus Compostellanus Notarius Apostolicus ac memorati Reverendissimi Domini mei Cardinalis Secretarius premissis omnibus et singulis dum sicut premittitur agerentur dicerentur et fierent una cum prenominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi in notam sumpsi una cum aliis in registro meo scriptis que cum petita fuerint iuridice edam ideoque hoc presens publicum instrumentum manu alterius fideliter scriptum exinde confeci signoque et nomine meis solitis et consuetis signavi in fidem et testimonium veritatis rogatus et requisitus D= Didacus Muros Quibus quidem litteris Apostolicis predicto ~~ordine~~ modo insertis diligenter inspectis et per nos ut premittitur visis et examinatis ad requisitionem nobis in forma iuris factam per honorabilem virum Iohannem Sancij Canonicum Collegiate Ecclesie de Santander Burgensis Diocesis nominibus quibus supra hoc presens transumptum instrumenti in publicam formam redigi ac per Notarium infrascriptum unum duo aut plura instrumentum et instrumenta exinde fieri transumi publicari et exemplari mandavimus. decernen-

tes

tes et volentes ut huic presenti transumpto publico sive instrumento plena fides adhibeatur ubilibet in locis omnibus et singulis quibus fuerit opportunum ipsumque transsumptum fidem faciat et illi stetur ac si originales ipse littere apparerent. Quibus omnibus et singulis auctoritatem nostram ordinariam interposuimus et decretum. ac in maiorem evidentiam premissorum sigillum nostrum presentibus duximus apponendum. Acta fuerunt hec in Civitate de Toro Zamorensis Diocesis anno a Nat. Dom. 1505. die vero Januarij vigesima nona. Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris et Domini nostri Iulij Divina providentia Pape II. anno secundo. Presentibus ibidem nobilibus Viro Iohanne Romero de Mella layco Cive Zamorensi et Venerabili Viro Christophoro de Castro in Decretis Bacchalaureo Canonico Zamorensis Ecclesie et Petro Gutierri prefati Domini Civitatensis Episcopi Capellani ad hoc specialiter vocatis et rogatis. Est inter lineas ubi dicit autem et ubi dicit Canonico non noceat. Et Episcopus Civitatensis.

¶ Et Ego Christophorus Romero Presbiter Palentine Diocesis publicus apostolica auctoritate Notarius quia petitioni requisitio-

© Biblioteca Nacional de España

tioni decretique interpositioni omnibusque a-
lijs et singulis dum sic ut premittitur a-
gerentur et fierent una cum prenominati-
tis testibus presens interfui eaque omnia
et singula sic fieri vidi atque in notam
sumpsi ex qua hoc presens transsumpti
instrumentum manu mea propria fideliter
scriptum confeci et in hanc publicam for-
mam redegi signoque et nomine meis
solitis et consuetis signavi et subscripsi in
fidem et testimonium veritatis rogatus
et requisitus

Christophorus Romero Apostolicus No-
tarius.

¶ Papel como quaderno en cinco hojas util y
de á folio. Letra mui travada y con tan-
tas mentiras que á cada passo hà sido pre-
ciso restituirle y aun quedarà en varios
passages dificultoso de entender.

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

Archiv. Denkville
X.2.1.1.

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

Arzobispados. De Sevilla
X. 2. 1. 1.

Clemens PP. Vij.

Venerabili Fratri. Salutem et Apostolicam benedic.

Deuotionis tue integritas qua nos et Romanam reuereris ecclesiam promeretur ut illa tibi fauorabiliter concedamus per que de beneficijs ecclesiasticis personis benemeritis et tibi obsequentibus / ac alias gratis prouidere et erga illos te gratiosum reddere possis / hinc est quod Nos qui dudum omnia et singula beneficia ecclesiastica cum cura et sine cura secularia et ordinum quorumcumq regularia in Januarij / Februarij / Aprilis / Maij / Julij Auguti. Octobris / et Nobembris mensibus donec prima expedito generalis concessionis gratiarum / expectatiuarum fieret aliaque per resignationem extra Romanam Curiam vacatura / ad collationem / prouisionem / presentationem electionem seu quamvis aliam dispositionem quorumquinque collatorum secularium / et regularium quomodolibet pertinentia dispositioni nostre per constitutionem nostram desuper edictam generaliter reseruauimus / decernentes irritum et inane quicquid secus contingerit attemptari volens te fauore prosequi gratioso / Motu proprio et ex certa sciencia ac de apostolice potestatis plenitudine / tibi ut de quibuvis beneficijs ecclesiasticis cum cura et sine cura secularibus et quorumvis ordinum regularibus ad quam rationem ecclesie Hispalensi cui preesse dignosceris collationem / prouisionem / presentationem / electionem seu quamvis aliam dispositionem communiter cum dilectis filijs Capitulo dicte ecclesie / vel diuisim quomodolibet et quorumcumque jure pertinentibus / etiamsi canonicatus et prebende / dignitates personatus / administrationes vel officia etiam curata et electiua in predicta Hispalensi vel collegiatis ecclesijs / regularia vero / prioratus prepositurie / prepositatus / dignitates / personatus / administrationes vel officia etiam clausoralia curata / et electiua fuerint que extra dictam Curiam quomodolibet in Februarij / Maij / Auguti / et Novembris Mensibus vacare contingerit quibuvis personis de quibus

(tibi

tibi videbitur eciam quocumque quotcumque et qualia-
cumque beneficia Ecclesiastica cum cura et sine cura obti-
nentibus et expectantibus etiam beneficijs ipsis et eorum
valore non expressis auctoritate nostra per te vel alium
seu alios providere et de illis alias disponere libere
et licite valeas eciam in omnibus et per omnia proinde
acsi predicta regula cancellerie à nobis non emanasset
tenore presentium de speciali gracia indulgemus ~~regula can~~
decernentes regulam predictam quo ad impediendum te quo
minus concesso tibi indulto huiusmodi uti possis ad dicta Be-
neficia qualitercumque qualificata nullatenus se extendere
et per alios quoscumque de beneficijs predictis nullatenus
disponi et provideri posse ac irritum et innane si
secus super premissis omnibus a quo quavis auctoritate
scienter vel ignoranter contingerit attemptari non
obstante predicta regula ac quibuscumque ~~quibuscumque~~ alijs const[itu]-
tionibus et ordinationibus Apostolicis ceterisque contra-
rijs quibuscumque. Volumus autem quod hi quibus tu
aliqua Beneficia Ecclesiastica quorum fructus reddituus
et proventus viginti quatuor florenorum auri de Camera
secundum communem extimationem valorem annum non
excedant vigore presentium conferis infra sex menses
a tempore factarum collationum huiusmodi computandos
novas provisiones super Beneficijs ipsis sic conferendis à
sede predicta impetrare et Literas Apostolicas in tu-
um desuper expedire ac annatam propterea Camere
Apostolice debitam cum effectu solvere teneantur alioquin
eisdem mensibus elapsis beneficia ipsa vacare censeantur
eo ipso. Datum Rome apud Sanctum Petrum sub annulo
piscatoris die X. Julij M. D. XX iiij Pontificatus nostri
anno primo = Evangelista Secretar.

Es una Copia de Breve hecha en medio pliego de papel comun.

© Biblioteca Nacional de España

Hospital de Sevilla. X. 2. 1. 2.

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

Obispado sevilla. x. 2. 1. 2.

© Biblioteca Nacional de España

© Biblioteca Nacional de España

Obisp.os Sevilla X. 2. 1. 2.

. . . . . edro por la gra de dios Arçobpo de la san-
ta Eglesia de la mui noble Çiudat de Sevilla
A vos Ferrand martines . . . . . o de Sci-
ja salud et mejor cognoscimiento de verdat.
Bien sabedes que porque nos fue dicho que
vos en . . . . . icacioney et comuney fabla-
rey afirmavades que el Papa Vicario de Jesu
Christo no podie dar licencia . . . . . ios para
que fisiesen sinogas do se ayuntasen et guar-
dasen sus cerimonias et ritos los quales les
son . . . . . por la Eglesia / Vos fesimos lla-
mar ante Nos en presencia de muchos Letra-
dos asy Religiosos . . . . . Theologos como de
otros seglares Doctores Licenciados et otros Le-
trados en Decretos et en Leyes . . . . . os apos-
tolicos. Et demandamos vos sy era verdat que
oviesedes dicho tales palabras et toviesedes . . . .
. . . asy. E vos respondistes que asy era et asy
lo teniedes. Et nos vos mandamos que si ra-
zoney algunas . . . . . que vos á esto movie-

ssen

© Biblioteca Nacional de España

ssen lay dixiesedes / porque comunalmente
los Letrados et Johan Andres en la Novela
. . . . . contrario. Et vos fueron y alega-
day muchay razoney por nos et por los otros
Letrados / que esto era . . . . . et error po-
ner mengua en el poder del Papa. especi-
almente porque aqui parescien Bullay ası
& Alexandre . . . . . Clemente et de otros
Padres Santos / por las quales dieron licen-
cia de hedificar Sinogas nuevas et que non
. . . . imile / et aun podemos desir ni verdat
que tantos et tan grandes Padres tan grandes
Theologos et Juristas . . . . . sy manifiestamen-
te. Et vos respondistes que non entendiedes
ally dar rrason alguna nin desir vuestro
mo. . . . s. que fisiesemos llamar los oficiales
et otros del pueblo / et que ant ellos nos rres-
pondiriedes Et nos . . . . . nos que non era
menester que en tales cosas se llamasen los
legos salvo los Letrados. Et mandamos. . .
. . ntid de obediencia que Vrespondiesedes. Et
vos perfistiendo en vuestra contumacia non
quisistes. Et como quier que . . . . . era-
mos proceder contra vos en otra manera. Pe-
ro queriendo vuestra emienda dimos vos pla-
so

© Biblioteca Nacional de España


vo et termino en que de . . . . et vriespondieredes
en el qual ni en otros muchos que por nuestros
officiales de nuestro mandado et de su oficio vos
. . . . . signados non quisistes responder. Et
specialmente vos fue defendido de nuestra parte
por los dichos nuestros oficiales . . . . . rio et
algunas personas de la Eglesia que sobre este
articulo del poder del Papa non fablasedes nin
taniesedes en . . . . . ones fasta que fuese deter-
minado por los Letrados et sabidores sy podia ser
dicho sin offensa de la fee catholica. Et vos non
quisistes sobreseer mas ant en menosprecio de
nuestro mandamiento et deffendimiento lo predi-
castes et afirmastes por muchas veses et affirma-
des publicamente en vuestros sermones vuestra
opinion erronea et sospechosa contra la fe nuestra.
Et asy fustes et sodes contumas et rebelde et
sospechoso de eregia. Et lo que es mucho mal et
non de callar en vuestras predicaciones et fabla-
res de cada dia avedes affirmado et affirmades
ser verdat lo que primero dixistes asy como
endurescido en error. Et aun añadedes que
el Papa non puede dispensar con el clerigo que
case ni en votos nin puede absolver de los pecados.
Et otras cosas que como quier que por los que
le entienden podrien aver buen seso pero á
los simples et aun álos non muy Letrados pue-
den traer en grand escandalo et al Papa en

me-

